quod nolebat ut sanctus constat hac relatione. Nam cum quodam tempore quo-
dam monasterium disponere voluisset duos senes fratres premisit ad
locum et ut ipsum venturum ibidem sustinerent promisit. Cumque idem
pater cuiusdam necessitatis impeditus tempore statuto comparuit
non venisset tamen in visu noctis astitit eisdem dicens. Sic et sic
operamini. hic ubi ponere fundamentum monasterii ibi facietis
cenaculum ibi hic dormitorium et cetera. Cumque visioni non adhiberent
fidem mittentes nuntium ad sanctum virum ut explorarent
quid de eo quod secundum suum propositum non venisset. cui sanctus ille dixit. Va-
de dic eis quod secundum dispositionem factam in visu ante omnia edificia
construant animo diligenti. Qualiter prophetavit de Roma.

Item cum quidam bonus homo mentionem faceret coram Benedicto de
rege supra memorato timens quod Roma destrueretur. Respondit.
Roma a gentibus non exterminabitur set tempestatibus coruscis
et turbinibus ac terre motu fatigata marcescet. Misterium prophetie
quod et factum est ut videmus. nam iam soluta menia cassas do-
mos desertas ecclesias cernimus eiusque edificia longo senio
lassata. Item prophetavit quod post mortem suam futurum erat
monasterium eius a gentibus longobardorum destruendum. Quod regula

Item legitur quod flebiliter predicet quamque monachos ordinis
sui regula monachica ab ipso fideliter edita re-
linquere et sese secularibus negotiis et vitiis sic iam cerni-
mus in apertam implicare. Quod valde firmi sermo-

Item sanctus pater tante firmi sermonis. Unde fuit.
fuit ut si quid comminando diceret non dubie vel sub
suspense sed quasi pro sententia protulisset. Nam non longe ab eius monasterio
due moniales femine nobiles commorate sunt quibus quidam vir ad exteri-
oris vite usum prebebat obsequium. Set non nullis solet nobilitas generis
in pariter ignobilitatem mentis. Accidit ut eedem femine eum
de viro suo aliquando sepe ad iracundiam per verba arrogantia

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 596, p. 57 – Excerpts from the lives and teachings of the Monastic Fathers (http://www.e-codices.ch/de/csg/0596/57)